

A stella Jovis aut Veneris conjuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris fit, Saturni, Martisque contraria: ex quibus liquidius adhuc patet, Ciceronem Astrologiam calluisse, & ejus præcepta intellexisse.

Claudius Imp. prævidit, suo natali die defectionem Solis futuram: veritus igitur, ne tumultus eam ob causam excitaretur, scripsit aliquando ante, non solum defectionem Solis futuram, & quando quantaque esset futura: sed etiam causas, propter quas id esset necessarium eventurum docuit.

Vespasianus Imperator, suam suorumque genituram, ac fara optimè calluit, de quo infra.

Titus Vespasiani Cæsaris filius, & in Imperio administrando successor, Astronomiæ etiam observantissimus fuit, & eam præcipuè partem, quæ in revolvendis genituræ supputationibus occupatur, percalluit. Duos perduellionis accusatos, quod in ipsius necem, ut Imperium invaderent, conspirassent, ut ab eo incepto desinerent, blandè ac comiter admonuit: dicens, principatum non hominum prudentia, aut potentia acquiri, sed fidei benignitate concedi; cognitaque utriusque genitura, imminere ambobus periculum pronuntiavit, & sibi exitum brevi futurum: Quæ prædictiones eventu non caruerunt.

Plinius 2. Clarus sub Vespasiano, ad quem is ante lucem consulendi causa solebat ire, Messanæ classi præfuit, non procul inde ab Etna suffocatus, siderali scientia præditus fuit, ut hæc sequentia ab ipso scripta testantur. Partibus signorum sua vis inest: Nam autumnale æquinoctium, brumamque cum tempestatibus conficere sidera intelligimus: assistant alii alio sidere, & commoventur statim temporibus alio, nervis, capite & mente. Et ut Solis natura temperando intelligitur anno: sic reliquorum quoque siderum propria est cuiusque vis, & ad suam cuique naturam fertis, ita ut in suo quoque motu naturam suam exerceat, quod manifestum est in Saturni maximè transitu, imbres faciente. Nec errantium modò siderum hæc vis est, sed multorum etiam adhaerentium celo, quoties errantium accessu, impulsu, aut coniectu radorum extimulata sunt.

Adrianus Imperator, non tantum aliis artibus operam dedit, quæ in omni vita necessaria videntur, verum etiam Mathematici & Astrologiæ. Itaque singulis annis & diebus sibi ipsi ex arte prædictiones Astrologicas præscripsit, easque illo anno, quo è vita emigravit, usque ad eum mensum tantum scripsit, quo decessit, ea re se mensum illum non transgressurum esse ostendens: ut Valerius Maximus & Helius Spartianus literis prodiderunt.

Idem de Vero, quæ adoptaverat, sæpè dixisse fertur: Ostendit teris hunc tantum fata, nec ultra esse finem; indicans, & prædicens illum brevi moriturum.

M. Antonius Imp. cognomento Philosophus propter studia omnium artium dictus, siderum cursus considerandos esse aiebat, propterea quod nos eos comitemur. Hunc Bened. Curt. insignem fuisse Astronomum scribit.

Lucius Septimus Severus Perrinax, peritissimus Astrologiæ fuisse scribitur, idque historici ejus infra recitata ostendunt.

Varro, ut Plutarchus annotavit, etiam harum artium amator fuit. Nam Taruntium nobilem Mathematicum, & Astrologum iussit Urbis Romæ, & conditoris diem & horam natalem describere, inspeclitque Romuli vitæ instituta ac rebis gestis, ex illis consequentia colligere; ejusdem enim contemplationis, atque artis esse exillimabat, cognito conceptionis tempore vitam prædicere, & percepta vita, ex ea procreationis tempus ratiocinari: & urbis fortunam, veluti hominis, proprium habere arbitrabatur tempus, quod ex prima origine ad astrorum ortus observatur.

Et Taruntium quidem suscepisse, ait, munus à Varrone impositum: ac perispicis Romuli ingenio & moribus, rebusque gestis, tum vitæ tempore & moris genere, hisque omnibus in unum collatis, valde fidenti animo ostendisse, Romulum primo anno 2. Olympiadis à matre fuisse conceptum 23. die mensis Decemb. hora 3. qua Sol defecit: in lucem editum Mense Decembri ad X. Calend. sequentis mensis circa ortum Solis: Urbis verò Romæ fundamenta ab illo jacta quinto Idus Mensis Aprilis inter 2. & 3. ejus diei horam.

Cicero eadem hæc de Taruntio in lib. 4. de Divinatione commemorat. Titius Taruntius familiaris noster, imprimis Chaldaicis literis eruditus, urbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab iis partibus, quibus eam à Romulo conditam

accepimus, Romamque, cum esset in Jugo Luna, natalem esse dicebat, nec ejus fata canere dubitavit. Alii affirmant, Solem cum Mercurio, & Venerem in Tauro, in Piscibus Jovem, in Scorpione Saturnum cum Marte fuisse.

Solinus cap. 2. scribit, Romam ædificari cepit 21. die Aprilis inter secundam & tertiam horam, secundum observationem insignis Astrologi Taruntii, Jove existente in Piscibus, Saturno, Venere, Marte & Mercurio in Scorpione, Sole verò in Tauro, & Luna in Libra, in principio septimæ Olympiadis, anno post excidium 433. quem annum à condito mundo fuisse Bulbocerus, & Cransheimus affirmant 3220.

Varronem proprium librum conscripsisse de Astrologia, in quo stellam à stando vult dictam, affirmat Aurelius Cassiodorus.

Alexander Cæsar Mathefese peritus, Astrologis primò in Italia salaria & honores decrevit, publicamque prædictionem hujus scientiæ fieri curavit.

Hippolytus Episcopus & Martyr, primò instituit & descripsit circulum Palschalem, quomodo is est Lunæ motu, & auro numero colligi possit, post natum Christum 228. ut Isidorus testatur, quod sine excellenti hujus scientiæ peritia perficere non potuisset.

Synodus Nicæna, quæ celebrata est post annum Domini 325. vel ut quidam 330. negotium dedit Eusebio Cæsariensi, ut adhibitis Alexandrinis Mathematicum peritissimis, Cyclum & aureum numerum diceret describeret, quem postea Theophilus Alexandriæ Episcopus rogatus Leonis Patris lucidius exposuit. Unde constat, etiam Patres has artes amasse, & judicasse eas utiles esse tam in Ecclesiâ, quàm in Republica. Abique harum enim cognitione, festa mobilia, fixa, verum tempus Paschæ, aut Refurrectionis Domini, & litera Dominicalis sciri non possunt.

Constantinus Magnus die XI. mensis Maji, urbis Constantinopolitanæ à suo nomine dictæ diem natalem ac dedicationem celebravit, & ut quidam scribunt, Valentem Mathematicum ejus artis principem, natalium thema urbis constituitur jussit, ut cognosceret, quot annis urbs illa duratura esset: respondit ille sexcentos nonaginta. Sed qui anni intelligendi sunt ad ea usque tempora, quibus instituta Respub. & status conservabatur, ut Zonaras arbitratur.

Constantinus IV. Cæsar lib. 1. cap. 10. de agricultura dicit: Observandum esse Lunam, in qua domo circuli Zodiaci existat tunc, cum primum tonitruum auditur. Ergo & hic astrorum influentiam intellexit.

Julianum Imperatorem Astrologiæ peritum, & impensè ut Ethnicum, deditum fuisse, acta ejus & Epistole testantur, præsertim ea quæ ad Julianum avunculum scripsit, postquam in Imperatorem electus, & Constantinus mortuus erat: Vivimus Decorum beneficio liberati ab extremis malis patientis, vel faciendis: testis est mihi Sol, cujus auxilium opemque imprimis poposci, testis Jupiter, quod Constantinum occidere nunquam cogit averim.

Mavortius Lollianus, fuit Consul & Proconsul designatus, & totius Orientis Gubernator sub Constantino. Is fuit Astrologiæ deditus, ut constat ex Epistola Firmici ad illum: Cum esses in Campaniæ fascibus constitutus, ad me primum in has oras Siculas, ad ea potissimum studia, quibus ab ineunte ætate uterque nostrum devinctus erat, suavissimè divertisti.

Aurelius Cassiodorus Senator Romanus, Astrologiæ non ignarus fuit, ut ex ejus operibus constat. Nam proprium tractatum de Astronomia edidit. Scribit etiam, quod Ptolemæus Canones, quibus cursus astrorum inveniantur, instituerit, ex quibus Solis Eclipses, & Lunæ cursus, qua ratione fiant, advertere non videtur absurdum: alia quoque ex his non despicienda commoditas capitur, si opportunitatem navigationis, si tempus ascensionum, si æstatis anticulum, si autumnii suspensios imbres inde discamus. Dedit enim Deus unicuique creaturæ suæ aliquam virtutem.

Bardas Cæsar Constantinopolitanus ordinavit stipendia lektoribus bonarum artium, & præsertim Leoni Mathematico & Astrologo, quem summè propter ejus artis peritiam dilexit.

Boethius Severinus Patricius Romanus, vir sanctissimus & Christianus, è Theodorico Gothorum Rege interfectus, quas per astrologiam ipsam philosophiam alloquitur, consolationis causa, in exilio, his verbis: Talis tuus habitus, talisque vultus erat, cum tecum naturæ secreta rimaret, cum mihi

A mihi siderum vices radio describeres, quumque mores nostros totumque vitæ rationem ad cælestis ordinis exemplar formares, ex his patet, hunc excellentem virum Astrologiæ peritum fuisse.

Censorinus opusculum edidit de die natali, ad Q. Cerecium. Ubi Chaldaeorum rationes de tempore partus explicavit, ac de Zodiaco & aspectibus nonnulla addidit, mentionem etiam faciens annorum Climatericorum ex sua & aliorum sententia. Ex quibus satis liquet, illum Astrologiæ operam navasse.

Aufonius vir Consularis Burdegalensis, ordine recentior in suis carminibus signa cælestia, Planetas & dies à Planetis denominatos, & rationem vertentis anni; quare non ignarus fuit rerum cælestium.

Theodosius junior fuit literarum non imperitus, & cum in aliis Mathematicis libris versatus, tum Astrologiæ non ignarus. Zonaras.

Chosroes Rex Persarum motum astrorum peritus fuit, & futurarum præsentia gloriabatur, ut Zonaras de eo scribit, & addit, eum, cum à Romano duce salibus incessè regnum, dixisse: Nisi tempori servendum esset, non auderes dux magnus Regem salibus incessere: auditio, quid in futurum dicit constituerit, citro res adversas ad vos Romanos rediturus, & gentem Babyloniam triplici annorum circuitu Romanam ditionem obtenturam: post illud autem vos Romani quintum Septennarium annorum Persas servituti premetis. His peractis, dies sine Vespera hominibus illucisset.

Cædrenus de hoc rege scribit, illum responsonem talem legatis Heraclii dedisse, se nolle illis pacem dare, antequam crucifigerent Deo renunciant, & Solem adorarent: Hic fellis pro Deo coluit.

Theonius Abbas anno circiter 200. post Synodum in Nicænam Cyclum Alexandrinum, cujus auctor fuit Meton Atheniensis, ut supra dixi, mensibus Romanis instituit, atque emendavit, circa annum domini 532. Unde sequitur, ipsum harum artium peritissimum fuisse.

Aquila Rabbi Akilæ discipulus secundus post 70. divinorum voluminum Græcis interceptis, vir utriusque Mathematici peritissimus, ob id Hadriano Augusto charus, à quo Cæsar constitutus est præceptor operum ad extruendam urbem Hierosolymam: cum in ea Evangelium prædicaret, baptizatus est, sed cum nimium Genethiacis intentus quotidianè geniturarum positiones inspecto nascentium Horoscopi designaret, atque ob id à Patribus increpatus non desisteret, sed potius se eis contumeliosè opponeret, & defenderet vellet, ab ipsis exclusus est. Ergo & tunc temporis fuerunt Christiani, qui Astrologiam exercebant & defendebant: Ut sequentia exempla etiam testantur.

Victor Capuanus Episcopus fuit Astronomus excellentissimus, qui floruit circa annum Domini 480.

Eugenius Toletanus Episcopus, qui Concilio 5. in eo loco habito præfuit, Astrologiæ ad miraculum usque peritus fuit: vixit post Christum natum anno 637. Curio.

S. Hieronymus venit Arauc etiam Phenomena & Prognostica, ut multi alii, ex quibus statuitur, rerum cælestium & illarum motuum ipsum amatorem fuisse, & horum motuum doctrinam utilem in Ecclesiâ esse.

D. Ambrosius Episcopus Mediolanensis, stellarum vires & influentias earum optimè calluit. Nam lib. 4. Hexameron, hæc de Luna commemorat: Similia de Lunæ ratione conveniunt, quæ de consorte ejus, ac fratre, scilicet Sole, memoravimus: Siquidem in id se induit ministerium, in quod & frater, ut illum minet tenebras, fovet lemina, auget fructus. Habet etiam pleræque à fratre distincta, ut quem tota die calor humorum terræ siccaret, eundem exiguè noctis tempore ros reponant, nam & ipsa Luna larga roris adfertur. Denique cum seneior nox est, & Luna pernox, tunc largior ros fertur arva perfundere, & plerique sub aere quietescentes, quo magis sub lumine fuissent Lunæ, eò plus humoris se capite collegisse sentiunt: unde & in Canticis dicit Christus ad Ecclesiam: Quoniam caput meum repletum est rore, & crines mei guttis noctis. Tum deinde minuitur & augetur, ut minor sit, cum resurgit nova, & cum sit imminuta, comuletur, in quo grande mysterium est: Nam & defectu ejus compatiuntur elementa, & processu ejus, quæ fuerint exstincta, cumulantur, ut animantium cerebra maritumorum humida: Siquidem pleniore ostrea reperit feruntur, multa que alta, cum globus Lunaris adoleat.

His consentanea Basilii Cæsareæ Cappadociæ antistes E in sexto Hezameron scribit, dicens: Opinor autem, quod & animalibus creandis, cæterisque omnibus, quæ terra producit, non parva conferunt, ex Lunæ mutatione, formatio: modò enim laxiora eorum corpora videntur & vacua, cum se necit: modò integra & repleta, cum crescit, quoniam humorem quandam cum calore commixtum interius his laterent infundit: quod ita esse demonstrant hi, qui sub dio dormientes lucente Luna, postquam sinitreixerint, inveniunt capita sua largissimo rore madentia: Sed & recentes carnes, si sub Luna jacerint, fluida mox putredine corrumpuntur. Idemque significat pecorum cerebrum, vel etiam viscera marinorum animalium, quæ sunt humidiora, nec non atborum medullæ. Et paulo post: Sed aeris motus isdem ipsis commutationibus continetur, sicut Lunæ novitas atclatur, quæ ex longa plerumque serenitate subito nubium gomerationes, & perturbationes exfulcat, &c. Ex quibus colligitur, hunc antistitem etiam Cælestium corporum effectus & vicissitudines intellexisse.

Ioannes Damascen. cap. 7. enarrat, quod Zodiacus obliquè moveatur, & quod in 12. divisiones sit lectus, quodque Cælestium habeat partes 360. & domos Planetarum recentior, ac etiam astris vim tribuit in significandis imbribus, frigoribus, caliditatibus, humoribus, ventis & similibus.

Beda Venerabilis Presbyter, & Monachus Anglofaxo Græcè non minus, quàm Latine peritus, poeta, Rhetor, Theologus & Astronomus excellens fuit, ut constat ex ejus operibus, in quibus ad motum planetarum inveniendum, canones tradidit, & computum Ecclesiasticum edidit.

Abraham Elstæ filius, quem Hebræi Aben Ezer, cognomine sapientem vocant, natione Hispanus, Astrologus, & Theologus magnus, scripsi in rotam verus testamentum: moritur in Rhodo anno Domini 1217. Sixtus Senensis.

S. Tho. Aquinas in 2. de generatione, propè finem dicit, cum Planetæ in pernodali circuitu erunt fortiores, plures dabunt annos, & cum debiliores, pauciores; & si quis signorum & stellarum in illis posituram sciret virtutem, de tota nascentis vita prædicere posset: ergo & Astrologiam Aquinas intellexit, & vim astris non minimè tribuit.

Multi Cardinales fuerunt excellentes Astrologi, inter quos præcipui Joannes de Salviatis, Nicolaus Cusanus, Petrus Alliacus Episcopus Cameracensis, Cancellarius Patricius Gymnastii, Egidius Columna, & multi alii.

M. Valerius Maximus Sacerdos, multiplici doctrinâ, & eloquentia clarus, ex nulla re nisi ab Astrologiæ scientia commendari nominis sui memoriam posteris voluit, in monumento quod sibi, & uxori Mediolani posuit.

Alphonus X. electus Romanorum Imperator, Rex Castiliæ & Legionis, maximè Astrologiam coluit, & unus ille extitit, qui numerorum & cælestium motuum scientiam ex orco veluti in vitam reduxit: in tabulas Mathematicas Toleti computatas quadraginta aureorum nulla erogavit, plurisque fecit cælestium rerum cognitionem, quam Romani imperii administrationem, & plus ex ea gloria se consecuturum, quàm ex imperii administratione existimavit. Curio lib. 2.

Carolus Magnus cum cæteris Philosophiæ partibus, tum verò imprimis Astrologiam, atque doctrinam de moribus, & viribus corporum cælestium, didicit à præceptore suo Alcuino. Nam & Ephemerides eum computasse scribunt: & anni mensibus, & ventis nomina imposuit, quorum aliqua nus huc usque retinuit, & ut venationibus deditus fuit, cum fors esset, ita domi astrorum contemplatione studiosè delectabatur. Curio.

Leopoldus Episcopus Frisingensis, natus dux Austriæ, edidit de hac arte proprium volumem, & normam tradidit judicandi de figuris nativitarum.

Petrus Rex per Abdellam legarum suum inter cætera munera misit Carolo Magno Padebornam versus in Saxonia sitam, Horologium Planetarum mira arte fabricatum, quod sonitu tintinnabili horas distinxit & indicavit. Quod præcipuè Carolus est admiratus. Unde constat, & colligitur, non solum Carolum amatorem artis Astrologiæ, sed etiam regem Persicum non incium cælestium effectuum fuisse.

Henticus infans Portugalliæ, Mathematicus insignis novas terras Astrologico suo studio, & industria reperit. Curio.

A Leo V. Græcorum piissimus Imperator, Philosophus, quod literis & Astronomiæ præsertim esset deditus, cognominatus est.

Andronicus Major Palæologus, Imperator Constantinopolitanus, etiam huic arti operam dedit: Nam cum equus pictus hinnitus nocte in tempesta ederet, Logotheta sibi à consiliis intimum, & Astrologum consuluit, quidnam iste insolitus picti equi sonitus portenderet? Logotheta Astrologicam figuram delineavit, ex qua posita siderum, & præmotiones futurorum indagavit, hostiumque adventum, & Imperii confusionem, nec non Imperatorii principatus discrimen prænuñciavit. Et domum tendens Logotheta, merore conturbatus, querens uxori, & liberis dixit: Imminet gravis hostium impressio nobis, sive terra, sive mari adventantium: sed quorum nescio, qui nobis gravissima clades importabunt. Hæc Nicephorus Gregoras scribit, qui ista ex Logotheta ipso audivit, quem ut fratrem dilexit, & à quo Astrologicam disciplinam didicit, quam solus eo tempore perfectissime calluit. Paulò post urbs Constantinopolitana ab Andronico nepote majori superata, Senior Andronicus primò Imperio exutus, postea in Monasterium detrusus, cæcus factus, ac elapsis duobus annis mortuus est: Logotheta autem omnibus bonis spoliatus, ad perpetuum carcerem damnatus est, sicut antea Imperatori, Urbi & sibi hæc eventura ex astris prævidens, denuntiavit. Bona autem, quæ ob imminens periculum amicis conservanda dederat, schedula, in qua erant scripta, inventa, omnia ad manus adversariorum pervenerunt, hæredibusque nihil ex his relictum fuit.

Idem Nicephorus in oratione funebri magnum Logothetam ita laudat: Hic fuit qui in magnum impendit studium, ne Græci impostorum eruditi in iudicio veterum sapientum hallucinarentur: hic fuit, qui conreplariis siderum sapientie scientiam, facilem reddidit.

Andronicus Junior, Imperator Constantinopolitanus, in stuporem incidens, cum tertio die paulatim se recreavisset, Imperatricem hortatus est, ne ploraret, simulque medicorum opem inquirere, & ad Nicetam misit, ut ipse scribit, querens, nunquid cælestia numina juvarent, & non impedirent medicæ artis consilium, & experimenta? Ergo & Andronicus major & minor, & Nicetas cælestium luminarium effectus edocuit.

Nicephorus hæc de se lib. 8. sue historie refert: Mentionem intulit Imperator de Astronomia, & cælestibus orbibus, & stellarum, tam errantium, quam fixarum motibus, ut mihi pro sua erga me benevolentia differendi occasione suppeditaret. Ego verò eam disciplinam magno percolaudans, quòd & mentis oculos mihi repurgasset, & cæteras omnes disciplinas quasi vivis coloribus exornasset, quæ sine his revera nihil nisi rudia linamenta essent.

Mahometes secundus ejus nominis Turcarum Imperator, astrorum præcipue observator fuit, ita ut omnia acta agendaque ad eorum cursum institueret, ac referret, teste Murino Baclero. Unde illum fructum tulit, ut duo Imperia Constantinopolitanum, & Trapezuntium subegerit, regna duodecim rapuerit, urbes 200. occupaverit: Quæmadmodum figura ejus nativitatibus in signum felicitatem & multiplicis victorias designat, ut artem intelligentibus videre licet.

D Emanuel Comnenus Imp. Constantinopolitanus, Astrologia peritissimus, multos sibi, & imperio annos spopondit: annos vixit 60, imperavit 38. Et Nicetas scribit, cum Manuelis conjux Imperatrix partu vicina esset, sua præsentia Imperator conjungem sublevavit, & solatus est; magis tamen in stellas, & punctum edendi factus animo intentus. Nato autem filio, cui nomen Alexius, prædixerunt Astrologi, eum divitem fore atque unigenitum, & paterni imperii successorem, quod & evenit.

Alio loco sic de eo scribit: Nescio quomodo plurima, & maxima quæque negotia, quæ arbitratu Dei secundos, vel adversos exitus sortiuntur, ad astrorum circuitus, ac certos posita & progressionem Manuel referebat, & decreta astrorum pro oraculis excipiebat. Nam potentibus terè omnibus, tum nostris, tum superioris ætatis, placitum est, stellarum progressionem, & retrocessionem, cæterisque posituram, configurationem, accessum, recessum, cæteraque ad felicitatem, humanisque casus valere.

Alexius Angelus Imperator Orientalis, astrorum amator fuit; sic enim Nicetas in ejus gestis scribit: Cum sese in Bla-

chinas conferre vellet, tempus incommodius obstitit. E nam ejus temporis Imperatores nec minimam mutationem astris inconsultis instituerunt. Itaque primam jejuniorum hebdomadam in magno palatio haud sanè volens permansit: ut verò dies festus ad migrationem non erat incommodus, præsertim si à summo mane fieret, diluculo ante solis ortum transire Blacharnas instituit. Solum autem imperatorium cubile ultra seipsum profundè dehincit, atque id periculum mirabiliter Imperator evasit.

Robertus Siciliæ Rex, in Astrologia adeò diligenter, & peritè versatus est, ut quid adveniret, vel secundum alia portenderent, certissime denuntiaret. Philippum Valerium Franciæ regem missis ad eum literis sedulo admonuit, ut cum Eduardo III. qui tum Angliæ imperabat, nequaquam collatis signis, si præfens esset, dimicaret; inspecta enim ejus genitura, & diligenter examinata, fortunatum illum in rebus bellicis fore se cognovisset: & de Gallis potissimum insignes victorias, si in aciem cum eo descenderet, reportaturum. Nec illa prædictio falsa fuit: Nam post aliquot annos in Picardia cum Eduardo confregit ausus Philippus, licet copiarum numero longè superior esset, luctuosam admodum, & Gallia calamitosam accepit cladem; quod quidem è suis triginta milia eo in prælio desideravit, & ipse fuga vix periculum evasit.

Harduells Perta Magni Ismaelis, qui Sophi nomen assumpsit, pater, inspecta filii genitura, ipsum Prophetam summum futurum, subactaque maxima parte Orientis, Mahometis gloriam rebus bellicis feliciter æquaturum prædixit. Jovius.

Fridericus II. Imperator Rex Neapolitanus, Astrologicos libros ex Arabica in Latinam linguam converteri curavit, & Academicam Neapoli, in qua hi publicè prælegentur, instituit, ut ea occasione Mathematicæ disciplinæ, quæ multis jam annis Europa exulaverat, velut postliminio rediret. Noti sunt vestigiis, quos ad Pontificem misit.

Fata volunt, stellaque docent, aviumque volatus, Quod Fridericus ego malleus orbis ero. Attamen eventus voto non inopidit.

Matthias Corvinus Hunniadis filius Rex Ungarorum, propagator, & admirator omnium doctrinarum fuit, & delectatus est maxime historiarum cognitione; dicitur etiam studiosè multa de stellarum motibus, & effectibus, multos viros doctos, & præcipue Mathematicum peritos ad fastigia honorum evexit: ac præ cæteris favore venerationeque singulari complex Joannem Regimontium Astrologum, quem tanti fecit, ut crebrius eum eruditorum colloquiorum causa mensæ contubernio adhiberet. Et ostrogiorum aureos Ungaricos ob dedicatas Ephemerides Joannorum dono dedit. Carion.

Hunc regem Astrologiam valde amasse, non solum ex præcedentibus constat, sed hæc sequentia lucidius idem declarant, animadversa à Davide Unguadio, Legato Cæsaris Maximilianii II. versus Constantinopolim: qui anno Domini 1572. ad Turcicum Imperatorem missus, cum ex permissu Mustafa præfecti Ungarici, quem Bassam nominant, & qui postea à suo Imperatore strangulatus est, in civitate Boudenis, arcem olim regiam videret, & singula conclavia diligentè perferretur, pervenit in cubiculum quoddam regis Matthias, fornicatum, ornatumque auro, & variis coloribus, inter quos emitebat cælestis figura regii temporis natalitii subscriptis his verbis:

Aspice Matthias micuit quo tempore regis Natalis, cali qualis imago fuit.

In Bibliotheca autem ex adverso januæ invenit legatos globum cælestem, tenentibus eum duobus angelis, compositum ad tempus electionis regis, his verbis subjectis:

Cum Rex Matthias suscepit sceptrum Bohemæ Genis, erat similis lucida forma poli.

Has enim figuras in cubiculo, & Bibliotheca depingi non colasset Rex invidiosissimus, nisi cælestis constellationis rationem calluisset, atque ex his causam fortunæ suæ regie ostendere voluisset, & Astrologiam tanquam divinam artem coluisset: secutus exemplum Severi Imperatoris, qui in Britannia proficiscens, in laquearibus palatii descriptis reliquit stellas, sub quibus natus erat, ex his conjiciens, non esse reverenturum: & Augusti, qui themata suum divulgavit, numerosque argenteos nota sideris Capricorni, quo editus est, cudid fecit.

A Antonius Bonifinus sequentia de eodem rege scribit: De ead. lib. 5. Ungaricarum rerum: Matthias primo tempore computatus exercitibus, cæterisque rebus, quæ bello usui esse solent, anno salutis septuagesimo septimo supra millesimum, & quadringentesimum, priusquam castra movere vellet, alia consuluit, ac expeditionis cepit auspicia, nihilque unquam inconsultis sideribus egisse vitus est: divinam hinc voluntatem, fastumque eventum elicere nitentur, ut crepta quæque gravissima bene succederent, nihilque unquam nisi consultis patribus, legibus, & Astronomia, adoriri placuit, ne vi aut temerè quicquam auderet. Quin apud aras omnem rem divinam fecit, ut numinum æquanimitate potiretur. Postquam omnia sibi futura fore sensit, ad aucto jam vere, ex Buda castra movit.

S. Hilarius Pontifex in Ecclesia orta contentione de tempore, quo Paschæ solemnia celebranda essent, quoniam in ejsmodi re Arithmetica, atque Astronomia erat opus, hujus rei judicium Victorino Astrologo, qui in utraque illa arte peritissimus habebatur, remisit, voluitque; ut temporis rationem, quam ipse iniret, ad diem Paschæ invenirendum Catholica levaret Ecclesia.

Propter hanc ipsam controversiam, Sixtus quoque IV. Pontifex ex Germania Joannem Montregium Arithmeticum atque Astronomum peritissimum Romam accersivit, qui etsi nullam aliam ob causam, quam propter ingentis doctrinæ opinionem, ad Pontificatum conscendisset, aliorum tamen doctrinæ in eo, quo ipse plurimum æqualebar, cedere voluit. Bapista Fulgosi.

Ex quibus constat, Hilarium Pontificem Astrologiam amasse, & Sixtum eam exercuisse, & utrumque judicasse, ejs scientiam non contemnendam.

Aneas Sylvius Piccolomineus, postea Pontifex factus, & Pius II. nominatus, hæc sequentia scribit in tractatu de educatione regis puero, ad Regem Ungariæ, & Bohemiarum Ladislaum, ex quibus colligitur, illum amasse Astronomiam, illamque regibus necessariam esse judicasse.

Nec enim Astronomiam moderata lætio regio puero negari debet, quæ celos ostendit, & arcana superum mortalibus pandit. Hujus notitia magnis sepe ducibus adiumento decorique fuit. Pericles Atheniensis, cum Solis obscuratione territi milites essent, meditanturque fugam, redditis ejus rei causis, exercitum retinuit, & victor evasit.

Cajus quoque Sulpitius, cum in exercitu Lucii Pauli propter Lunæ defectionem militum animi velut prodigio divinitus facto terrentur, naturali ratione monstrata securus reddidit animum.

Nec Dion Syracusanus, cum ad delendam Dionysii Tyrannidem venisset, quia Platonis discipulus fuerat, & Astronomiam peritus, tali calu terretus est. Quod si Nicias in Sicilia minus non eodem consultus fuisset metu, pulcherrimum Atheniensium exercitum non perdidisset. Imbuendus est igitur & hac doctrina puer regius.

Olorius Lusitanus, Episcopus Silvensis, in libro de Regis institutione, ad Sebastianum Portugaliæ regem, eadem serè, quæ Aneas Sylvius, nempe Astrologiam necessariam esse regibus, affirmat his verbis: Quid hic dicam de illa disciplina, quæ astris concupitur? an patiemur regem nostrum tam præclaram artem ignorare? magno certe illum afficiemus incommodo, si tanto fructu nostra culpa caruerit. Nec enim mediocri illa utilitas habenda est, quam animus capit, cum cælum suspicit, magnitudine immensum, splendore clarissimum, ordinata varietate pulcherrimum, constantia & stabilitate firmissimum: Itaque illius contemplatione fit animus altior & moderatior, & in omni vitæ ratione constantior.

Maximilianus primus Imperator valde amavit Astrologiam. Nam præter cætera, hæc Carion de eo scribit, quod consuetudo familiaris vitæ domesticæ consumpta sit illi cum viris doctis, cum quibus de doctrina Ecclesiæ, & Philosophiæ, Medica præcipue & Mathesi (suavissimè sit collocatus, & in hac arte sit usus opera Astrologi Georgii Transleri, qui illi mortem prædixit (cujus deinceps fiet mentio) & Vogelini, qui ambo advenerant Regimontianum, alter Vogelinus etiam Parbachium. Eos igitur, ut peritos artifices, maxime fecit, magnoque in hoc studium iumptus impendit. Carion.

Albertus Elector Marchio Brandenburgensis, qui Achilles Germanicus nominatus à Pio II. Pontifice, habuit apud se hunc Carionem, Historiographum, & Ma-

thematicum eximium, cujus opera usus est. Exat hujus E viri Prognosticum generale de Insignibus Principum, eventum in plerisque comprobatur, qui etiam conferripit descriptiones locorum Hylegiarum, sed nondum editas, meo tamen studio brevi edendas.

Albertus Marchio, primus Dux Prussia, amator omnium literarum, & etiam Astrologia fuit, qui ex eadem familia Brandenburgensium natus, sumptus in editas tabulas Prutenicas ab Erafmo Reinholdo erogavit, quibus hoc tempore Astrologi in computandis Planetarum motibus ununtur, ex qua re præcipuam sui nominis gloriam, regis Alphonsti exemplo, posteritati commendavit. Inscripsit huic duci etiam librum suum Joannes Schonerus de nativitatibus, in cujus præfatione ipsum tanquam Astrologia summum patronum laudat.

Fridericus Urbani dux, artem Astrologicam amavit, & intellexit, ut ex Joviani ad illum Epistola constat, sic scribit: Quam opinionem etiam mirum in modum auxere Romæ Neapolique sermones inter nos scriptis habui, tum de aliis rebus, tum de cælo, & illis temperatis ignibus quos erraticas aut fixas stellas vocamus: quæ earum investigationem, rem admirabilem esse dices, & hominem maxime dignam, tum propter divinitatis communicationem, tum nobilitatem materiæ. Quid enim cælo nobiliss, aut ejus inquisitione præstantius? quid etiam admirabilius, quam hominem in remotissimis à cælo constitutum locis, ad cæli ipsius & stellarum, quæ cælo feruntur, secreta penetrare? Illud verò, supra quam dici posset, molestem tibi esse intellexi, quòd divinam rem ab illis, qui eam tractarent, indignis haberi cerneret.

Muleasses rex Tuncanus, Astrologia peritissimus, fatali astrorum influxu amittendi regni, & lævæ necis cladem sibi cum divina, & Barbarollam Byzantii classem parare audivisset, eam adversus se parari credidit, & ut periculum effugeret, Africa excedens in Italiam, ut Carolum Cæsarem alloqueretur, & auxilia contra Turcas, quos ad se oppugnandum venturos patabat, impetraret, trajecit, commissa. Emidæ filio regni administratione; qui ut perdidit & ingratus regis nomen desumpsit, & adventum postea patrem captum excessavit: ita iudicio suo deceptus Muleasses, cum vaticinium perpetam interpretaretur, in calamitatem maximam nihil aberrantibus factis incidit. Jovius.

Laurentius Serrinus Carthusianus de Muleasse sic scribit: Fuit ille Rex superstitioni Mahometica addictus, & astrorum observator. Vitium enim ipsi fuit, ex fatali astrorum influxu, regni & diræ mortis cladem impendere.

Jovius etiam tradit, Muleamethem Fessalonum regem, in disciplinis philosophicis dogmatibus Averrois, & Astrologia non mediocriter eruditum fuisse.

Idem in Elegiis illustrium virorum hæc de Muleasse scribit: Nihil à Syderalis artis prædicatione deceptum, quo suo fato se in Africa moriturum, sed non exulem prævidet.

Carolus enim cum Africam urbem per Andream Auziam, & reliquos suos duces oppugnaret, antequam expugnata esset, cum in eadem expeditione esset, morbo interit.

Hadrianus VI. Pont. qui fuit præceptor Caroli V. sibi ipsi exactissima syderum scientia, qua plurimum juvenis delectabatur, maximos honores & dignitatem eximiam pollicetur, in opinione etiam confirmatus, quum ipse genitura à sede Planetarum admodum felici stella eximia magnitudinis in Horoscopo ad ipsam finitorem lineam præclaram summæ fortunæ de annuatione præfulgeret: adeò ut Acredio Medico anxie nimis, & tristi fronte tantæ mortis spatium per singulos dies, uti sepe deposita, supputant, dicere non dubitavit, ut in spe concepta permaneret, neque amplius eò literatum desiderio torqueretur. Jovius in vita Hadriani VI.

Quantum etiam huic arti tribuerit Carolus V. Imperator, & quomodo illos ornaverit, qui instrumenta Astrologica fabricaverunt, ac in hac arte delirant, testes esse possunt, qui in ipsius aula (ut ego per seipsum) versati sunt fortassis ab Hadriano præceptor suo in ea etiam instituti.

Joannes Homelius, Professor Mathematicus in Academia Lipsica, obtulit et Organum planetarum, cui mille aureos donavit.

Appianus illi dedicavit insigne opus, quod Astronomicum Cæsareum appellavit, ex quo illi oculariter in comitis nonnullis demonstravit planetarum motus.

Adfuit illi etiam in castris apud Ingolstadtium, ubi quantum

A quam obrutus Caesar negotiis bellicis, & circumdatus ferè à Germanis principibus esset, tamen instrumenta Astronomica nonnulla ei corrigenda dedit, ut ipse Appianus amicis nonnullis retulit. Donatus est à Cæsare loco insignium, aquila sese in nubibus circumdatas agitante.

Bartholomæus Castanæus scribit, hunc Carolum omnium Cæsarum, Regum & Monarcharum maximum fuisse Astrologum. Usus est etiam Turrianus Cremonensis opera, qui illi octavum cæli motum per instrumenta ostendit, cum quo collocutus, statim ad Saxonicum bellum est profectus, in quo paulo post Elector Saxonie Joannes Fridericus fuit captus.

Gulielmus à Schoorvenburch in historia de rebus gestis ac vita Caroli, hæc de ipso enarrat: Valdè Astrorum, & Mathematicarum artium cognitione, ejusque doctrinæ studio est delectatus, eaque in re, cum Ratisbonæ conventus ageret, Petri Appiani insignis Mathematici opera est usus: Ac ego tum ipsius Cæsaris iussu de circulis artis ejus in Gallicam linguam quædam verti, ita ut planè perfectum sit mihi ejus in hac re longo tempore studium, quod ne ultimo quidem tempore remisit, sic ut orbium illorum cælestium motus definitos, syderumque cursus ordinatos, Phœbi, Dianæque defectiones numeros & rotas persequeretur, & ea instrumentis Sphæricisque figuris, circulis, orbibus & radiationibus Solis examinaret & ponderaret; & cum apud se haberet in heremo Justi duodecim tantum ministros, inter eos fuit Turrianus Astrologus Horologiorum custos, qui motus cælestes Cæsari quotidie ostendit, cujusque consuetudine familiarissimè usus est.

David Chyrenus, in oratione de Carolo quinto, hæc enarrat, quæ & consentiunt cum prædictis: Ut enim Julius Cæsar apud Lucanum gloriatur, se media inter prælia (semper stellarum cælique plagis superiisque vacare: ita noster Cæsar in ipsis castris, & medio belli ardore syderum doctrinam colebat, & revolutionum cælestium leges, & periodos confederabat. Retulit amicis Petrus Appianus, se in bello Germanico, Ingolfstadio ad Carolum in castra, urbi tum vicina, evocatum fuisse, ut in machina certis rotulis orbem circumducentibus, representantem Planetarum motus proprios, aspicienti certius & accuratius singula monstraret. Cum verò illo ipso die, qui anno 1546. Cal. Septembris proximè antecessit, globi ex hostium castris emissi circumvolitare magno agmine cepissent, trepidante se, & caput subinde inclinate, Carolum nulla prorsus timoris significatione edita, pedem loco nunquam movisse. Familiaris etiam Carolo, ejusdem belli tempore, Turrianus Cremonensis Mathematicus fuit, qui eventum belli Saxonici, ante quam Ulma Cæsar moveret, anno Domini 1547. prædixisse memoratur.

Solimannum Imperatorem Turcicum, qui mortuus est in expeditione Sigethæ, Astrologiæ peritum fuisse, ut non pro certo affirmo, ita negare planè fuerit temerarium, cum constet, quòd nulla gratiora à nostris dona accipere consueverit, quam machinas motuum cælestium, quorum oportuit illum absque dubio peritum fuisse, & studiosum, nec tam incivile, & Barbarum, ut Ivon Moschus, cui ante aliquot annos mittebatur à rege Danico inter alia munera automaton orbium cælestium, quod ille accipere recusavit, quia istius usum ignoravit, iniquis, se terrena non cælestia curare.

D Iovius scribit, Solimanno missam fuisse à Ferdinando Imperatore argenteam machinam, in qua non horarum modò spacia, sed errantium etiam syderum motus, mensurique Solis ac Lunæ coitus, exactissima ratione monstrabantur: Intus scilicet dentatis rotis, certisque ponderibus, admirabili momento, vel in multum ævum minutissimas temporum mensuras dispensantibus, quin inter celeres tardosque orbis, in tam vario inæqualique polorum ordine, audaci quadam supremi moris æmulatione, conjuncta congruerent. Erà peritissimis Astronomis excogitata perfectaque, Maximilianus Cæsaris fuisse dicebantur.

Leonardus Ravennatensis Medicus Augustanus, in suis versus Orientem peregrinationibus tradit, Turcas computare annum secundum motum Lunæ, ejusque augmentum & diminutionem summa diligentia, imprimisque plenilunium observare. Illo enim tempore montes, & turres ascendere, ut tempus novilunii scire, & ex hoc futura prognosticari possint. Hoc si vulgus facit, quantò magis credibile, Imperatorem huic arti studuisse?

Paulus Fatnelius Pontifex ejus nominis III, inter alia

artis documenta, quam plurima Petrum Aloysium eo die, quo interfectus est, multò ante præmonuit, utque sibi cave- ret, est adhoratus. Erat autem dies ille decimus mensis Seprembris, anni 1547. quò à conjuratis Augustino Lando, & Jacobo Scoto Placentinis comitibus, in arce sua colloquii prætextu est interfectus, & à pudendis diu suspensus, populo crudeliter lacerandus est exhibitus.

Gregorius XIII. Pontifex Max. Calendarium reformavit, ut solstitia, & æquinoctia ad veteres sedes, quas tempore Nicensi Concilii tenuerunt, redirent, decem diebus in mense Octobri omissis, anno 1582. adhibitis in consilium prudentibus viris Astrologiam, & alias artes Mathematicas profectibus, ita ut 15. scribantur pro 5. diebus, & sic decem dies supprimantur, & omissantur. Et sic ex his liquet, Gregorium Pontificem hanc artem amasse, & sine hujus artis, ejusque artificum ope, veteris Calendarii reformationem, & emendationem absolvi, & ad finem perducti non potuisse. Quamquam Germani Astrologi, odio fortassis Pontificis, alium modum corrigendi Calendarium longè meliorem se invenisse editis scriptis affirmant; quem tamen necdum depromperunt.

Fridericus II. Rex Daniæ, & Gulielmus Landgravius Hassiæ, hoc nostro tempore summo studio, & cura globos, Horologia, & Machinas Mathematicas feri curant, in quibus ortus & occasus signorum, ac domos cælestes, nec non conjunctiones Solis, & Lunæ, cæterorumque planetarum, incrementa ac decreta dierum, & noctium conspiciere possunt: quorum nonnulla circumferunt, ut quotidie contemplari queant. Ad quam rem ille nobilis viri Tignis Braden, hic Victorini Schenfeldii opera utitur, ac utriusque hanc ob causam annua stipendia numerat, Tygonique Braden (cui vix similem in disciplinis Mathematicis hic Septentrionalis tractus habet) Rex insulam nomine Vveen, cum omnibus redditibus inter Zelandiam, & Sche- niam, ad tempus vitæ concessit, ingentemque speculam ibidem erigi curavit, ut gyrationes planetarum, stellarum altitudines, Lunæ vicissitudines, totiusque machinæ cælestis motum observare possit.

AD ASTROROLOGIE STUDIUM INCITAMENTA.

Itaque nulla vel præstantior, vel nobilior, aut studio viro- rum Principum dignior ex ingenio disciplinæ reperitur, quam astrologum motus indagatio, cum & sit generi humano utilissima, & talium corporum complectatur contemplationem, que tum immensa magnitudine, que tam corporis, quam animi hebetat oculos: tum splendore, quo illustrant ac vegetant, gaudioque perfundunt universa: tum motu, quo nullus perfectior: tum officio præstantissimo, quo calorem vitæque omnibus nascentibus & subditorum sibi que contiguorum corporum generatis permixtione imperiunt, infunduntur, torque adeò donorum dignitate, & præstantia excellunt, ut nullam his creaturam, demptis intelligentiis, & ratione præditis animabus, vel comparare vel anteferre possimus. Quare hæc cum ita se habeant, & hæc disciplinæ (quæ ostendunt vires stellarum cognitæ perpetua experientia, qualitates, temperamenta, & naturalem inclinationem in elementis, & corporibus hominum ortas, è motu & luce stellarum) à tantis Imperatoribus, & Heroibus exercitæ, & in pretio sint habitæ, harumque studiosis magna stipendia ab illis decreta sint: nobis merito vitio verteretur, si hæc doctrinam à Patriarchis, & majoribus tradi- tam, arque à tantis Monarchis ornata, & sic antiquitate & auctoritatis splendore maxime illustratam, non excoleremus, nec cælium stellarum tanquam perfectissimum volumen sapientie divinæ aspiceremus, ex eoque majorum exemplo causas eventuum, & mutationum in his corporibus inferioribus colligeremus:

Namque haud excesso radiantes aethere stelle
Se casu nitidum sic per mane movent:
Lege sed immota, sapiens seu condidit auctor,
Et certis vicibus convenienter eunt.
Nec tantum præbent obscuro lumina mundo,
Imbrarum tenebris nos ubi tæxat humum:
Sed vires etiam rebus nascentibus addunt,
Quas gravidò tellus parvitur alma simi.

Nam naturales artis constitutiones, & quæ inde pendunt in nostris corporibus effecta, concutibus variis astorum adimere, quati ad solam cõtèmplicationem, aut astorum distinctionem stellæ sint in orbibus suis collocatæ, nullius opinor est judicii, sed pertinaciè potius extrema. Cum & rusticis ipsi

A id quotidie cognoscant, ac temperates id ipsum sonora admodum voce toties tententur, contagioneque & morbi signis aperte demontrentur.

Agathias de pestilentia, que Justiniani temporibus grassata est, multos unum tantum diem laborasse scribit, nonnullos nec febre preventos, nec dolore affectos, secretum dum facerent, ut domi, ita & in publicis locis, sicuti uti contigerat, procubuisse; & sic omnem ætatem passim interitisse pudescerent simul & floridam, & in his mares maxime: & addit. Qui Ægyptiorum dicta, nec non Persarum, & superiorum revolutiones in hoc mundo, nunc prosperos feliciter, nunc adversos planèque inausitos rerum successus adferre, fuisseque istius temporis periodum de numero infusorum, & sinistrorum. Pestem enim, quæ maximam partem hominum exterminasse perhibetur, Henrico IV. imperante, antecesserunt crebræ lunium defectioes, & in idipsum tempus incidit conjunctio Saturni, & Jovis, & Martis in signo humano in Virgine. Similis etiam cæli constitutio Saturni, Jovis & Martis in Aquario, antecessit Eclipticam Saturni, quæ spatio quinque annis in Europa tertiam partem hominum abstrulisse fertur. Eclipses enim orbem elementarem preparantur malignitati pestilenti, quam deinceps inausita Planetarum commixtio diversarum naturarum in humanis signis effudit, & impreffit.

Ac nemo sanæ mentis negare potest, morbum qui anno 1580. totum orbis terrarum tractum nobis cognitum peragravit, & ex Asia ac Constantinopoli primò, deinde ex Sicilia, & Italia longè lateque celeritè se diffundens, pestifera contagione in superiorem Germaniam, Bohemiam (ubi Cæsar Rudolphus II. ipse hanc litem cum domesticis aulicis expertus est) in Saxoniam, & inde etiam ad nos dimanavit, ita ut omnes ferè homines febrè diaria, aut tussis ex catarrhis ad pectus delabentibus passim sint correpti, multi etiam qui affectos ante pulmones habebant, extincti, exortum esse ex aeris corruptione, quoniam altra suo vario positu, & configuratione, demissis ex se radiis effecerunt in subiecto orbe elementari, nec non ex inflammatione Comete, qui in principio mensis Octobris his in locis primùm visus, & Cæcensus est.

Romæ in fine Julii unotempore 40000. homines iussu Pontificis Gregorii XIII. numerati sunt, qui hoc morbo infecti fore, quemadmodum & maxima pars hominum in cæteris Italicæ civitatibus etiam laboravit.

Lubecæ mensè Octobri sub ipsa incensione Comete, octo millia; nec minor numero Hamburgi infecti sunt: sic Bremæ, & Brunsvigæ atque Luneburgi infinitus numerus, in totius Holsatiæ ac castris in singulis domibus uno tempore, nemine ferè excepto, omnes decubuerunt.

Hinc processit morbus in Daniam, ubi Rex Fridericus II. & omnes ejus nobiles correpti sunt: ultimò in Prussiam, & Sueciam, ubi ex hac contagione petis levissima exorta est.

Tertiat etiam fuerunt, qui Stephano Regi Poloniæ in bello Moscovitico adferre, regem & multos alios, tam equites quam pedites, hac tæbe infectos fuisse.

Fuit autem ante hanc litem Eclipsis Lunæ die 31. Januarii, Sole existente in signo humano, deinde conjunctio Saturni & Martis in eodem signo in Martio: postea oppositio Jovis, & Martis in Septembri in signis humanis, & deinde iterum eorundem Planetarum in isdem signis mensè Octobri oppositio, in cuius mensis principio Cometa exarsit, ut supra dixi.

ADMONITIO CIRCA PRÆDICTIONES ASTROROLOGICAS.

Non abs re facturus videbar, postquam Catalogum eorum, qui quovis penè ordine Astrologiam exercuerunt, ex lucubracionibus Henrici Ravennatensis huic titulo adscriptis, si eadem opera ex istis lucubracionibus subijcerem inopinatum eventuum prædictiones Astrologicas, ex variis scriptoribus, ut veteribus, tum novis, studiosè collectas, non quòd per eas Judicariæ Astrologiæ impiam vanitatem firmate contendam, quin potius dum ea adduco, vel in unum fasciculum colligedo, que alii partim suis historiis interverunt, doceam, quod de toto earum genere, viro prudenti, & Christianè educato sit sentiendum, quantum que fidei adhibenda, juxta illa que initio hujus loci adduxi.

Neque enim, quòd aliquando Astrologi futura prædixerint, quorum varietatem eventus comprobavit, idcirco divinatricem scientiam illis assignere debemus: nam quamvis nonnumquam cum prædictionibus illis eventa congruant, tamen pro majori parte vanæ illæ sunt, & dum vera prænuntiare videntur, fit hoc tribus potissimum de causis.

Prima est. Quia casu nonnumquam eveniant quedam illorum que prædicuntur. Quod apud Gellium observat Favorinus, & docet S. Aug. lib. 7. confessionum cap. 6. Et notat Favorinus, communiter subicere illa, quæ ab eis falsò prædicantur; pauca verò que subinde fortuito eveniunt, prædicari; ideoque apud imperitos, velut divinos commendari, quid præstant.

Altera est, quam rursus tradit S. Aug. lib. 4. confess. cap. 3. occulta divina providentiæ dispositio, quæ hominum mentes aliquando ita agitari permittit, ut nescientes profertur, quæ vel ex eorum meritis, vel ex iudicii divini abyssis oportet audire. Quomodo fortuitè fortis, quibus nulla fides inest, nonnumquam futurorum significationem dederunt, uti variis exemplis potest doceri.

Tertio, quia familes divinatores consenserunt pactum in iussu cum Dæmone, qui allicitur, ut futura adducat, & procuret. Utriterum Augustinus docet lib. 2. de doctr. Christiana cap. 24. Iddè quod dæmon ea suggerit, quæ ex causis naturalibus eventura cognoscit. Quamvis Deo permittente in scelerum penam, etiam aliquando vera prænuntientur ab hominibus superstitioni plus æquo deditis. Itaque in subiectis prædictionibus aliqua ex præmissis intervenisse, si modo ita evenerint, ut asseritur, nemini dubium esse debet.

PRÆDICTIONES MIRABILES, TAM in aere, quam hominibus, inopinatum eventuum, quos omnium temporum diversis Astrologi ex vario stellarum cursu, & configuratione, cælique positi descripsit, vel sub horam ortus, navitatis figuræ, vel cæli schemate, in conjunctione aut oppositione Solis, & Lune depicto, collegunt. Quorum veritati, & eventui quantum sit tribuendum, colligit Læstor ex iis, que paulo ante de Prædictionibus dicta sunt.

Tacitus scribit: Paucos mortalium eximi, quibus non primo cujusque ortu eventura à natura destinantur: Cujus clara documenta, antiqua ætas & sua tulit, & jam etiam nostra viderit: sed quedam secus, quam dicta sunt, cadere, propter ignorantiam artificum, & ita corrumpti fidem artis. Nemesius in cap. de fate, inquit: quòd Ægyptii sapientes statuerint, fatum in astris positum esse, sed præcibus ad Deum secti, & mutati.

Hoc modo fecerunt fatum ex astris rerum contingentium non necessarium, & notaverunt cujusque vitam ex natali die, quem ipsi præ cæteris prædictionibus Astrologicis maxime accommodatum commendaverunt. Quod Herodotus etiam affirmat, dicens: Ægyptios ad indicatum vulgusque partus momentum, de vitæ curriculo, ingenio, conditione, atque fato mortis vaticinari solitos.

Cicero dicit in libro de Divinatione: Chaldæos ex longa diuturnaque syderum observatione, scientiam effecisse, ut prædici possent, quid cuique eventurum, & quo quique fato natus esset.

Et qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt, vim quandam esse ajunt signifero in orbe, qui Græcis Ζω-Η δ'ανός dicitur; & quidem talem, ut ejus orbis unaqueque pars, alia alio modo moveat, immutetque cælium, perinde ut quæque stellæ in his finitimis partibus sint quoque tempore: camque vim variè moveri ab iis syderibus, que vocantur errantia.

Cum autem in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus ejus, qui nascitur: aut in eam que conjunctum ali- quid habeat, aut consentiens: ea triangula illi, & quadrata nominant. Etenim cum tempora, anni tempestatumque cæli conservationes commutationeque tante sunt accensu stellarum & ortu: cumque ea vi Solis efficiantur, que videmus: non verisimile solum, sed etiam verum esse censent, perinde utcumque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari aut formari, ex eoque ingenio motes, animi, corporis, actionem vitæ, casusque eventusque fingi.

Conforinus ad Q. Cerebellum cap. 8. Ante omnia dicunt Chaldæi, actum, vitamque nostram stellis, tam vagis, quam stantibus, esse subiecta, earumque vario multiplicique cursu genus humanum gubernari.

A Et cap. 9. Sunt particulae in unoquoque signo tricenae: totius vero Zodiaci numero 360. has iam Graeci, vocant, & haec particulae nobis velut fata sunt. Nam quo potissimum piente nascantur, plurimum referunt.

Valerius Maximus ait: Humanam vitam conditionem praecipue primus, & ultimus dies continet, quae plurimum interest, quibus auspiciis inchoetur, & quo sine claudatur: Ideoque eum demum felicem fuisse iudicamus, cui & accipere lucem, & reddere placidam contigit.

Juvenalis Satyra 7.

Sydera te excipiam, modo primos incipientem Edere vagitus, & ahauc a matre rubentem. Ventidius quid enim? quid Tullius? anne aliud quam Sydus, & occulti miranda potentia fati, Servis regna dabunt, captivis fata triumphos?

Manilius.

Quod subitovenium validorum in corpora mortis, Ex ipsi quidam elati rediere sepulchris, Atque bis vita duplex, illis rix contigit una. Ecce levis perimit morbus, graviorque remittit. Succumbunt artes, rationis vincitur usus. Curavocet, cessare iuvat, mora sepe malorum Dat causas, leduntque sibi plerumque venena. Degenerant nati patribus, vincuntque parentes, Quin etiam infelix virtus, & noxia falix, Et male consultis precium est, prudentia fallit, Nec fortuna probat causa, sequiturque merentes, Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur. Scilicet est aliud, quod nos cogatque regatque Majus, & in proprias ducat mortalia leges, Atrienaeque suos ex se nascentibus annos.

Idem.

Longaque per certos signantur tempora cursus, Nascentes morimur, suisque ab origine pendet.

EXEMPLA PRAEDICATIONUM.

C Metbodius, & Naucerus scribunt, Noe genuisse quatuor filium, quem vocavit Jonichum, tertio anno post diluivum. Hunc fuisse ingenii eminentissimi, & Astrologiae peritissimum, qui syderum cursus, & stellarum habitudines sic contemplatus. Qua quidem disciplina ortum pariter, & occasum quatuor regnorum in Assyria praevideat atque docuerit, & quod filii Cham in Assyria primum, & post illos filii Sem in Persia & Graecia, postremo filii Japhet regnaturi essent in Europa.

Iosephus narrat, ut & Svidius, factorum Scribam praedixisse regi Pharaoni, nativitatem Moyses allaturam cladem Aegypto: quo iniretempto, Hebraeis spem, & fiduciam, Aegyptiis metum adeptum iri: sed tamen Moyses est educatus, & primo plagas Aegyptiis intulit: deinde regem eorum in mari interfecto, Israelitas ex Aegypto in libertatem deduxit.

Prius a Diodoro Siculo nominatur Astrologus Belesus, qui suae scientiae praedictionibus impulerit, & confirmaverit Medos ad invadendum, & occupandum Imperium Assyrium.

Ia autem scribit: Belesus Babyloniorum Dux, inter Chaldaeos Astrologiae, divinationisque peritissimus, Arfaci Medorum Praefecto praedixit imperio omnium, quibus Sardanapalus regnaret, proculdubio potiturum, tam falso positi syderum ipsius genese moderante. Hac spe elatus Arfacies, cum Babylonis & Arabibus societatem inivit, bellumque aperit contra Sardanapalum molitur. Cognita defectione, Sardanapalus ingentem exercitum adversus eum duxit, & ter acie victor evasit. Tot adversis casibus attoniti duces foederati, domum redire decrevere. Sed Belesus sub dios pernoctans, ex astorum observatione praedixit, paucos post dies auxilia illis adventura, resque illorum in melius cessuras, Vatinio Belesi ducibus confirmatis, & promissum tempus expectantibus, nunciatur, Baetrianorum exercitum, quem rex expectabat, adventare. Visum Arfaci cum expedita manu obviam proficisci, ut Baetrianis defectionem persuaderet. Collectis itaque ex toto exercitu fortissimis contra Baetrianos pergit: quos cum in partes suas sine conflictu traduxisset, noctu in castra Sardanapali nihil tale a toties devicto hoste timentis, acriter invehus est, quae nullo

negotio expugnavit: postea in patentibus campis duobus praelis copias regias, quae intactae evaserunt, cum maxima earum strage fudit & fugavit, fugientes cum secutus in urbem Niniven compulsi, arctissimaeque obfedit, eaque post biennium expugnata, imperium Assyriorum ei tradidit. Sic Belesi vaticinium non vanum apparuit.

Haliabnragel praedixit ex genese, puerum quandam natum prophaturum, ut refert Conciliator, & multi alii. Alcibiades narrat, Haliabnragelem scripsisse, quod huius pueri ascendens fuerit 8. gradus librae, terminus Mercurii, & quod habuerit in eo Jovem, Venerem, Martem & Mercurium.

Sacchara Babyloniorum Regi praedixerunt Chaldaei, futurum ei ex filia nepotem, qui regnum ipsi, nimirum Avo, erepturus esset, quod ita contigit. Ersti destinaverat avus nepotem natum interficiendum, tamen educatus est, & ad regnum pervenit. Oland. Alianus.

Anaxagoras Clazomenius, qui vixit tempore Periclis, cuius praceptor fuit, insignis & praeclarus in contemplanda rerum natura habitus, fatale exitum in contemplanda praedixisse dicitur. Qui cum primus de Lunae defectionis causa fuisset ausus scribere, ab Atheniensibus in carcerem coniectus, vix est Periclis precibus servatus. Nam sydera putabant Athenienses esse Deos, nec naturali ratione, & lege contorqueri credebant; sed se ipsa pro suo arbitrio circumducere existimabant. Idem rogatus, cuius rei causa natus esset, Inspiciendi, inquit, Caeli, Solis, & Lunae. Laeri. lib. 2. & Plin. lib. 2. cap. 60.

Idem, quod in Olympiis, cum aliis, tum in scititate maxima pluiturum praedixisset, pro Deo habitus est.

Idem etiam ex caelesti siderum scientia lapidem Sole casurum praedixit, qui postea ad Aegos flumen Thraciae, anno 2. Olympiadis 78. decidit.

Diodorus Siculus scribit, Alexandro praedictam esse a Chaldaeis contra Darium victoriam: Quemadmodum & Antigono, Nicanori, Seleuco, adeoque privatis etiam hominibus futura ita evidenter idem praedixerunt, ut mira, & ultra hominis ingenium haec res esse putent. Ajunt enim, Planetas plurimum, vel ad bona, vel ad mala consequenda in generatione conferre, perque eorum naturam, & affectum cognosci maxime, quae sint hominibus eventura.

Hic denno admonendam esse censo, quod sub nomine Chaldaeorum, Mathematici, & Astrologi, & Genethliaci intelligantur Μεταφυσικη φυσικη, & γενεθλιακη, & παρατηρητικη επιστημη, ut scribit Diod. Siculus.

Alexander Magnus devicta atque in suam potestatem redacta India universa, cum exercitu victor reversus est Babylonem: quam urbem aulae habendae delegat. In itinere vero admonitus fuit a Chaldaeis Astrologis peritissimis, atque imprimis Belophante, quem ceteri tanquam auctoritate, & doctrina pra aliis eminentem ad hoc munus delegerant, ne urbem rex ipse introiret. Fore enim, si urbem ingrederetur, ut non multo post vitam cum regno amitteret. Eo vaticinio haudquaquam vano eum animus regis percelleret gravius, atque praemissis in urbem amicis desistere ab itinere iussit ut statuisset, non tantum gnarotes aulici, qui regiae urbis splendore, & delictis capiebantur, sed etiam Philolophi contemnere regem praedictiones Astrologicas, & depositio omni metu ingenti urbem regiam iussurunt. Horum igitur consilio cum credulus nimium obtemperasset, atque urbem ingressus, Hestephioni sumis fecisset sumptuosissimum, paulo post ardentissima febre ex usu visu immoderatore correptus, fatalem diem obiit, exitu tristissimo adulatorum vanitatem in ridendis praedictionibus Astrologicas refellens. Apptanus lib. 3. scribit enim veneno necatum.

Narrat idem Diodorus, Seleucum scripsisse, Chaldaeos praedixisse sibi Alexandri interitum, & partitionem regni in 4. duces; unde Seleucus hanc utilitatem consecutus est, quod talia praecisus sua consilia melius in illum eventum dirigere, & occasionem oblatam ad optatum exitum persequi potuit.

Non multo post Alexandri mortem, cum Seleucus Babylonis esset Satrapa, & Antigonos rationes ab eo superbe reposceret, metuens potentiam Antigoni Seleucus, in Aegyptum ad Ptolomaeum confugit, ut ejus praesidio se muniret. Eam fugam magna cum voluptate audivit Antigonos, quod

spe-

A speraret, regnum Babylonis a Seleuco desertum sine negotio se occupaturum esse. Sed cum Chaldae ad ipsum venissent, & dicebant: Seleucum, si ex Manibus dimitteretur, paulo post dominum fore totius Asiae minoris, & ipsum Antigonom praedio a Seleuco videndum interiturum: Antigonos, qui alioqui contemnere illas Astrologorum praedictiones solebat, motus dignitate atque auctoritate eorum, qui talia nunciabant, non leviter eff confertatus: itaque equites misit, qui Seleucum persequerentur, & ex fuga traherent. Sed & illi re infecta redierunt, & non multo post Seleucus interfecto in acie Antigono, & Asia minore subacta, praedictionibus Chaldaeorum fidem fecit. Diodor.

Berosus, Eudoxus, Gnidius, Aristoteles & Empedocles apud Graecos: Aratus, Julius Firmicus, M. Manilius, & alii clari sapientiae auctores, quos fama vulgavit, periti caelestium fuerunt, ac divinas praedictiones, decreta stellarum, & vim fati potestatemque subtili inquisitione collegerunt; & hoc inter cetera annotant, illos qui sub Delphinis sydere in lucem editi fuissent, petamarios esse, hoc est, praecipua pedum pernicitate valere. Latini Graecos imitantes perastritas vocant, qui volare quasi in aere videntur. Quemadmodum nostra aetate vidimus multos, qui Pegalum scilicet in Horoscopio positum habent, saltu omnes aemulos facile superant. Eos quoque, qui sub Plicis astro, certo cursu stationibusque syderibus constituti, editi essent, nando plurimum valuisse, & horum aliquot exempla recenset Alexander ab Alexandro Neapolitanus Jureconsultus.

Franciscus Patricius Senensis, lib. 9. de Regno ita scribit: Non inficiandum est, quosdam ex syderum benignitate aptiores ad gratiam inveniendam esse; addique astorum ratione praedici posse, quali quique natura, & ad quam maxime rem aptior futurus sit: idque omnes veteres Astrologi testantur; & Nigidius Figulus clare edocuit. Praterca nota sydera nativitates inter se convenientia, congruentes etiam inter se animos producent. Quod non modo Hipparchus, Bithinius, Eudoxus & Plato, alique plures ex eadem disciplina testantur: verum Hestodius, Aratus, & perique alii veteres Poetae etiam affirmant: quod imitatus Persius, cum ad Cornutum scriberet, ait:

Neve equidem hoc dubites, amhorum federe certo Consensere dies, & ab uno sydere duci; Nescis quod certum est, quod me tibi comparat astrum.

Livius commemorat, ante infaustum pugnam Persei, Eclipsin Lunae accidisse, quam tunc quoque non falso Macedones, ut triste prodigium, occasum regni, pernicemque portendere interpretabantur.

Hanc Eclipsin Sulpitius Gallus, qui consul postea cum Marco Marcello fuit, tunc Tribunus militum, in concione futuram praedixit, & rationem defectus utriusque luminis addidit, & de caeli ratione & syderum natura peritissimè coram exercitu disputavit. Plin. lib. 2. c. 2. Val. Max. lib. 3. cap. 11. Ex quo colligitur, Tribunos & praefectos militum etiam eo tempore huic arti operam navasse. Nam nemo sine scientia singulari in Astrologia verum tempus defectus luminatum praedicere unquam potuit.

Plutarchus in vita Pauli Aemilii describens pugnam cum Perseo, de hac Eclipsi ita scribit: Cum milites caenassent, & quieti tonnoque indulgerent, Luna obscurata coepit, ac deficiente lumine, multique coloribus mutata, tandem nigram apparuit. Romanis, ut consuetudo erat, tinnitibus lumen ejus revocantibus, & ignes multis facibus ad caelum tollentibus, nihil simile a Macedonibus factum: sed metus ac horror castra eorum habebat, ac sermo clam per multos erat defectum regis per id ostentum significari, quod & accidit.

Aemilius autem, licet non ignarus variorum defectuum, & quomodo Luna in umbram terrae delata abscondatur, donec iterum refulceat: tamen religiosus facorum cultor, ut primum Lunam deductam conspexit, undecim tauros ei macavit.

Thales unus ex septem sapientibus Graeciae, vixit Mileti, & primas omnium Astrologiae secreta prodidit, de Urta majore didicit, ut ait Callimachus. & ordinavit annum Joenicis civitatibus, & Atticae, rectè monstratis aquinoctiorum temporibus, & intervallis, & scriptis Meteora carmine. Is sub Assyage defectum Solis primus praedixisse fertur, ut Cicero scribit: alii ascribunt hoc inventum regi Atreo, alii L. B. Theat. vit. Flaman. Tom. I.

Anaxagorae. Sabellicus affirmat, Thaletem in sexcentos annos Solis & Lunae cursum praecivisse.

Idem cum ostendere veller, Astrologum haud difficilem, si veller, opes colligere posse, eo anno, quo uberem rerum omnium proventum ex astris praeviderat, vasa quos portuit coemir, in quibus res terra natae reconderet, quibus crescente paulo post pretio dividendis, magnas inde opes concessit.

Hanc historiam alii se referunt, ut Aristoteles in Politicis, & Laertius in ejus vita: Cum ei paupertas objiceretur, & ex astorum contemplatione sequentem annum oleis uberrimum fore praevidisset, venditores praecipit, diu ante olearum ejus anni fructibus emptis ex Mileto & Chio insulis, haud admodum grandi pretio, quod aliquot jam annis ante uber olearum fuerat proventus. Itaque cum, ut praeviderat, eo anno copiose oleae, posteroque infuscundae iterum fuissent, ingens lucrum ex coemptis consecutus aperit ostendit, quantum ex ea arte lucri capere possent, qui struendis opibus operam dare cuperent.

Diogenes Laertius de Thalete Milefio hoc versus profert:

Hunc quem nutrit Milesia terra Thaletem, Astrologum primi nominis ipsa tulit.

Democritus, scribente Plinio, primus cum terris caeli foecietatem esse intellexit, spernentibus hanc curam ejus opulentissimis civium: praevia vero ex futuro Vergiliarum ortu olei raritate, in toto tractu omne oleum coemir, & divitias inde comparavit: ut etiam Athenis Sextium & Romanis sapientiae assertoribus fecisse idem scribit.

Idem Democritus, ut ait Clemens in Stromatibus, ex caeli & sublimium rerum observatione multa praedicens, sapiens cognominatus est. Cumque eum perbenigne Damascus excepisset, ex quibusdam stellis capta conjectura multam tempore messis futuram pluviam praedixit. Quod Damascus credens, fructus collegit: alii autem hoc negligentes, propter inopinatam subito ingruentem pluviam omnia amiserunt.

Chilo Lacedaemonius de Cytheris insula, in Laconico sinu sita, praedixit: Utinam haec nunquam fuisset, aut certe simul ac nata est submersa esset: Democritus enim Lacedaemone fugiens Xerxi fuasit, ut in ea insula naves subduceret. Cui consilio si Rex parauisset, Graeciae dominus fieri potuisset.

Pherecides Syrus, Sittaci auditor, hospiti si Perilao consuluit, ut cum tota familia ex urbe Messana migraret. Illo autem negligente monita, Messana paulo post ab hostibus capta est.

Scilla non modò suum praevidit interitum, verum quodammodo cum scriptis commendavit: Nam vigesimum secundum Commentariorum librum biduo antequam mortuus esset scribendo finem fecit, in quo Chaldaeos sibi praedixisse affirmat, quod cum beate vixisset, in ipso felicitatis vigore moriendum sibi esset. Plut.

Publius Nigidius, ubi horam, qua in lucem editus erat Augustus, audivit, non dubitavit affirmare, Dominum orbis terrae natum esse, auctore Tacito, Dione, Volater. De quo Lucanus lib. 11.

At Figulus, cui cura Deos secretae mundi Nisse fuit, quem non stellarum Aegyptia Memphis Aequaret visu numerisque moventibus astris.

Xiphilinus ex Dione hunc locum sic narrat: Nigidius Figulus Senator statim Augusto praedixit imperium: moventur ita supra omnes homines suae aetatis totius caeli ordinem, & cursum tenebat stellarum, vim atque differentiam, quid ipse aut per se, aut cum aliis conjunctae possint & efficiant: quorum etiam studiorum causa culpatus est, quasi magicis artibus uteretur. Is igitur ut vidit Oetavium serius propter partum uxoris in curiam venientem (nam tunc forte Senatus erat) statim exclamavit: Nobis Oetavi Dominum genuisti. Deinde ea re periculum Oetavium atque idcirco puerulum necare volentem prohibuit: Nam ut hoc modo filius tuus, inquit, moriatur, fieri certe nullo modo potest.

Idem Publius in hac disciplina plurimum claruit. Nam cum disputaretur, cur gemini diversa fata haberent, qui geniti & orti iidem syderibus essent, ipse suam artem defendens, non eodem syderum positu, sed diverso nasci gemellos, propter celerem caelestium orbium motum, dixit, atque eum mox hoc pacto ostendit. Figuli rotam magna vi concitavit, & in eadem duas atramenti guttas liquavit, quae desinente motu

Oo lon-

A longo intervallo in extremitatibus inventa sunt: Quomodo igitur opinantur, iniquis, cum tam celeri vertigine caelum circumdeatur, posse gigni & orti geminos eodem sydere, cum Figuli rota parvo incitata cursu excussas guttas eodem momento tam diversis locis ostendat?

GEMINORUM ORTUS. ET ASTRORUM CIRCA ILLOS VIRIS.

Astronomi etiam claris demonstrationibus ostendunt, secundum vulgarem opinionem, ambitum octavi caeli esse miliarium Germanicorum 102632913, quae horis 24 circumvolvuntur, sic ut singulis horis transeant miliaria 4276371. Cumque minutum horae sit minimum, sexagesima nimirum unius horae pars, singulis minutis transeant miliaria 7127213331440. Ex quibus certò statim volendo miliaria 7127213331440. Ex quibus certò statim volendo miliaria 7127213331440. Ex quibus certò statim volendo miliaria 7127213331440. Ex quibus certò statim volendo miliaria 7127213331440.

Genesis cap. 38. legitur, Thamar edidit gemellos his verbis: Instante autem partu apparuerunt gemini in utero, atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua obstricta ligavit coccinum, dicens: Ille egredietur prior; illo vero retrahente manum, egressus est alter, dixitque mulier, Quare divisa est propter te materia? Et ob hanc causam, vocavit nomen eius Phares. Postea egressus est frater ejus, in cuius manu erat coccinum, quem appellavit Zoram: qui cum postea egressus sit, non est cum precedente uno nixu simul editus.

Ducifia Holstias, principis Adolphi conjux, peperit geminos filium & filium interstitio trium quattorum unius horae, sive minorum 45.

Anno Domini 1581. die 15. Decemb. inter 7. & 8. Vespertinam, Segebærg femina quadam genuit geminas puellas interstitio 20. minorum; quod his locis antea accidisse, ut tam brevi temporis spacio subsecuta sint, nemo meminit. Quae prior edita, vixit usque ad 28. diem ejusdem mensis: Quae posterior, ad 20. ambæ hora 6. matutina mortuae, ita ut uno anno, mense, ac hora simul nate sint, ac obierint.

Kilonii femina fuit, quae geminos peperit interstitio trium dierum.

Propè Flensborgum, in villa Agert, ante annos 15. Puerpera trigeminos enixa est: primus die veneris puellam, quae quatuor septimanas vixit: deinde die solis manè filium adhuc superstitem: tandem post horam iterum filiam, quae quarto anno etatis suae mortua est.

Anno Domini 1582. non procul ab arce Bredenberga bis editi sunt trigemini, ex diversis personis & temporibus, in oppidulo Elmehorn: priores fuerant omnes masculi, & primus 19. die Jan. hora 4. min. 30. ante meridiem, post meridiem secundus die 21. Jan. hora 9. ultimus eodem die, hora 12. meridiana natus: qui primò editus, mortuus est 31. Januarii, reliqui duo adhuc superstites vivunt, quando hæc scripta sunt mense Junio, anno eodem. Posteriores trigemini fuerunt duæ femellæ & unus masculus, & nati sunt 19. Martii. Prior femella hora 5. minut. 30. mane. Secunda femella post meridiem, ante primam horam. Tertio masculus, hora 4. post meridiem, qui 15. Aprilis mortuus est, & 8. D Aprilis femella, quae primò edita, subsecuta est: secundo edita adhuc vivit. Ita ut ferè fuerit interstitium quadraginta unius horae, antequam alter masculus in primo puerperio editus in lucem prodiret: Esti reliqui citius, tamen intervallo aliquot horarum nati sunt.

Anno 1582. nati sunt Hamburgi gemelli non longo intervallo, idem anno sequente eodem ferè tempore in vivis esse desierunt. Alter enim 15. Martii mortuus est circa occasum Solis; alter fratrem intra paucas horas est subsequutus, cum utraque uno genere morbi duos penè menses esset vexatus, & tandem absumptus.

Esti vero nonnulli superstationem vix concedunt, tamen ea ex prædictis, & in his Cymbricis locis, infantiis exemplis probari potest.

Quòd autem gemini nunquam ferè simul nascuntur, est naturalis causa, quia nostra tales vehementes motus, ac dolores ingentes, tam subito ac uno momento sustinere non potest: sed paululum se recreat: deinde etiam uno coitu rariò gemini concipiuntur, quòd alioqui fieri necesse esset; nam hii soli, qui uno coitu concipiuntur, uno nixu quoque edun-

tur, sic ut uno temporis puncto concipi, & deinde etiam E nasci oporteat. Avicenna inquit: Matris primò deglutit unum semen pro formatione unius, postea alterum pro formatione alterius, cum mora & quiete.

Quòd autem non habeant diversa fata ferè, si eodem momento nati sint (quòd est de raris contingitibus) Cicero de natura Deorum adducit exemplum duorum Fratrum, qui cum simul nati essent, iidem simul postea ægrotare ceperunt, & eorum morbus pariformiter cepit ingravescere, & eodem medicamine sanati sunt.

De quibus dicit Possidonius Astronomus, quòd idè hæc æqualiter & pariformiter acciderunt, quia eandem constitutionem astrorum in conceptione & nativitate habuerunt.

Sigibertus asserit etiam exemplum, quòd anno Domini 535. fuerint in Gallia duo fratres gemini, qui ambo sacerdotes facti, uno die Episcopi electi, & ambo eodem anno, & mense, & die mortui fuerunt. Finis utriusque idem mensis & annus erat. Unus erat nomine Medardus Episcopus Novionensis, alter Gilhardus Episcopus Neumagenensis. His sine dubio ferè ambo uno momento nati sunt; alioqui fortunam, conditionem, dignitatem, & longitudinem vite minime æqualem essent adepti.

Valerius Max. refert, Polystratum & Hippolidem Philosophos eodem die natos, ejusdem præceptoris Epicuri sectam secutos, patrimonii etiam possidendi, alendique scholæ communionem conjunctos, eodemque momento temporis ultima senectute extinctos fuisse; & addit: Tam æqualem fortunæ pariter atque amicitiam concitavit, quis non ipsius celestis concordia sine genitum, nutritam & finitam putet?

Plinius scribit M. Cecilium Rufum, & Cajum Licinium Calvum, eodem die genitos esse, & Oratores ambos factos, sed dispari eventu, propterea quòd non una hora sunt nati, ut ego judico, sed diversis temporibus.

Idem Plinius (quemadmodum & Levis) scribit, trigeminos fratres, nec arate, nec viribus dispares, Horatios, & Curtiarios, spectante utriusque Romæ; quos quatuordecim annis pugnam his legibus injisse, ut cuius populi cives eo certamine vicerent, is alteri populo cum bona pace imperaret. Itaque cum infestis armis, velut acies, terni juvenes magnorum exercituum animos gerentes concurrerent, quinque ex his uno tempore occubuerunt, sextus victor cum fortore, quòd sponsum mortuum in victoria sita, tantoque gaudio publico, impetivisse amore ducta lugeret, gladio transfixit, deprecante patre vix capitis supplicium effugit.

Georgius Buchanan scribit in L. 4. rerum Scoticarum, quòd Eveno 12. Rege Scotorum mortuo, ac filio notho Gillo tantum relicto, ad regnum ex legitima stirpe proxime accederent Dochanus & Dorgallus fratres gemini. Cumque inter illos par ætas discernitur non faceret, de regno potius certamen inter eos exortum fuit. Ipse Gillus regnandi cupiditate flagrans, tam commodam nactus occasionem, fraudulenter se insinuando utriusque auctor fuit, ut alter alterum ad medio tolleret: sed cum illius occulta & nefaria consilia ad effectum non pervenirent, suavit, ut propinquorum, qui hanc inceptam inter geminos fratres contoverfiam componerent, conventus haberetur: quod cum illi successerit per homines idoneos, septuaginta excitata utrumque intrinsecum curat. Ita gemini fratres, qui ambo reges fieri studebant, sibi que invicem insidias parabant, uno anno, mense, die & hora ab insperato ac clandestino hoste, cum ambo sidentur, interempti; similemque fortunam experti fuerunt.

Quamquam autem duo gemini raro nascuntur uno puncto, tamen fieri potest, ut duo infantes diversis locis eodem temporis puncto in lucem edantur; sed tamen postus stellarum diversos habeant propter aliam caeli faciem & poli elevationem, idèque non isdem præditi sint moribus, neque eadem hos comitetur fortuna. Si autem uno eodemque loco nascuntur infantes, consideranda sunt materiae, secundum rem subjectam, quæ juxta suam dispositionem magis, ac minus recepit celestem afflatum. Nam aliter caelum agit in regis, quam villicus filio: & facilis in tabulatum ascendit, qui in superioriibus scale at cochleæ gradibus est constitutus, quam qui in terra adhuc quietus consistit.

Religio etiam & lex, natura ipsa, consuetudo, educatio, status & conditio, ac parentes, libera nostra voluntas, & sanguis majorum, efficiunt, quòd caelum & alia non eodem modo agant in diversis subjectis. Nam quemadmodum sita etiam monui, una eademque causa ne similiter quidem, nedom pariter semper agit in materis, & subjectis longè diffi-

Ad similia: Et secundum subjectorum varietatem etiam electus variantur, & virtutes astrorum operantium mutantur propter diversitatem recipientium. Et haec dicitur de Geminiis.

Sequuntur prædictiones.

Æchylus Atheniensis Tragicus poeta prædictam mortem cavere non potuit, cum aquila concham in calvum ejus caput projiceret. Quam historiam Valerius Max. providus rerum scriptor ita refert: Æchylum, cum à Mathematicis responsum esset, ex icu moriturum, qui de superiori loco fieret, tectum evitasse, & sub dio capite nudato mansisse: in quod cum ab aquila dejecta testudo esset, eo casu mortuum esse, & verum extitisse, quod prædictum fuerat.

Apud Plut. hæc existit historia: Dion Tyrannum Dionysium ex Sicilia ejectionis, Apollini sacrificium paravit, & pompam duxit ad templum, deditque epulum: post libamenta, factaque de more precationes, Luna defecit; quod quia defecionis limites, & concurrentem à Sole terræ umbram callebat Dion, nihil est admiratur. Turbatus autem militibus, metus adimendus videbatur, & animus ad pericula fortius subeunda confirmandus. Constitutus igitur in medio Miltas vates, eos bona spe esse, & optima quoque expedire jussit: significare enim numina quempiam defecionem esse clarissimum. Dionysii verò regio clarius extare nihil, cujus splendorem ab eis, ut primum Siciliam attingeret, relincentium in dicit; quod & evenit.

Anaximander Mileficus Lacedæmonis prædixit ex Astrologia, ut civitatem custodirent & tecta: inflare enim terræ motum: quod quidem factum est, & magna pars ejus urbis montique Taygeti concidit, ut refert Publius Parriculus.

Sic Hippocrates ex eadem, & medica arte venientem ab Illyris pestem prædixit, discipuloque circa urbes Græciæ dimisit, ut agrotantibus adesset. Pro quo beneficio omnis Græcia eodem illi honores, quo Herculi, decrevit. Non minus enim hujus, quam Herculis beneficio, se esse servatos intelligebant.

Spurina vaticinatio est Cæsari Julio, eumque monuit, ut periculum caveret, quod ultra idus Martias non esset proferendum. Cæsare illum Idibus Martiis adventantibus tanquam discusso periculo deridente: Ipsæ, inquit, venentur quidem, sed non dum præterierunt. Cæsar eo ipso die multis vulneribus in Senatu confosus perit. Et quamvis Spurina augurum illis constet, tamen Cæsari hic exitus fatalis à pluribus aliis est prædictus, inter quos, Astrologos fuisse, dubium non est: Ut de Cæsare Manilius etiam in suis versibus canit:

Ille etenim caelo genitus, colloque receptus, Cum bene compositis visor civilibus armis, Iura togæ regeret, toties prædicta cavere Vulnera non potuit, toto spectante fenatu Iudicium dextra retinens, nomenque cruore Delevit proprio, possent ne vincere fata.

Julius Maratus populo Romano prædixit, naturam citò illis parturam regem.

Appianus in Particis scribit, Ægyptium quempiam Genethliacum Antonium monuisse, ut quam longissimè ab Augusto secederet, tunc tamen à sua hæreticè dicitur, ut inquit, Augustum excitatum esse ad constituendum imperium Romanum, & adjuvari atque defendi divinitus.

Theogeo Mathematici genituram Augusti videns, illum adoravit, illique imperium Romanum portendixit.

Magi (si licet profanis facta addere exempla) ex ortu novæ stellæ Regem & servatorem totius mundi natum esse verè ex astrorum doctrina eruditissimè judicaverunt & agnovērunt, & ex oriente ea de causa veniens Jerusalem profecti, ad verum Messiam olim promissi agnitionem, beneficio hujus artis, Deo sic volente, & studia ipsorum comprobante pervenerunt: & sic Magi prius ex caelis, quam Judæi ex Scipuris cognoverunt Christum.

Patriarcha Constantinopolitanus, Gennadius Scholarius, Mahometi II. Turcarum Imperatori post Constantinopolim captam confessionem postulant exhibuit: in qua hæc verba in Græco exemplari leguntur: Prædixerunt Prophete Judæorum Jesum, & quæcunque fecit, & quæcumque fecerunt deinceps discipuli ejus ipsius potentia.

L. B. Theat. vita Human. Tom. I.

Similiter prædixerunt eadem & oracula Græcorum confessione Dei, & Astrorum, Perfarum & Græcorum.

Dionysius Areopagita, cum tempore passionis Christi in plenilunio Solem tribus horis continuis deficere videret, exclamasse fertur: aut DEVM nature pati, aut mundi machinam ruituram. Ac cum suis communicato consilio atam extruxisse, cum inscriptione: Ignoto Deo: Athenis hæc inscriptionem Paulus Apostolus legens, DEVM patetiam esse, inquit, & illius Eclipseos causis expositis, Dionysium ad veri Dei agnitionem perduxit, qui de hac Eclipse in Epistola ad Polycarpum advertebat Apollonem Sophistam multa scribit, quæ brevitas causa hic sunt omissa.

Scribonius Mathematicus; Livie Tiberii Cæsaris matri prædixit prægnanti, quòd virum non feminam paritura esset, illumque regnaturum, verum sine diademate, ignota scilicet adhuc Cæsarem potestate.

Tiberium ab Augusto Vitrico Rhodum relegatum & non parum suæ salutis timentem, Thrasylus Mathematicus confirmavit, & in spem certam erexit: nam cum eo juxta mare deambulans, & sinem ærumnarum inflare denuncians, forti animo ut præterire fortunam ferret, cum hortaretur; Tiberius verò contra sentierit, atque parum abfuisse, quin ut ita accensus, præceptorem in mare præcipitem dedisset, increpitans atrocibus verbis, Thrasylli artem falsam esse: Tunc Thrasyllus aliquantisper consistit, & conversis ad mare oculis, venientem vidit navem, qua conspecta, tanta eum artis fiducia cepit, ut affirmare auderet; ea navi felicia Tiberio asseri: non multò autem post nave in portum delata, literas ab Augusto Liviaeque accepit, quibus Romam revocabatur, ubi imperii ipsius fundamenta jacta fuerunt.

Idem Tiberius cum statuisset Rhodi Thrasylum è muro præcipitare, eò quòd is solus ex Astronomis lecretis omnes ejus cogitationes cognosceret, sensit hominem eo ipso tempore mactum esse: cujus reicausam cum exploraret, respondit, se periculi cujusdam suspicionem habere. Undè Tiberius admiratus hominem, qui institutum non ignoraret, quod proposuerat, intermisit.

Tiberius multos interfici jussit, explorato die & hora qua nati fuissent, atque inde animadverfa fortuna eorum ac moribus: didicerat enim unicujusque civis primariatum, ita ut Galbæ, qui postea principatum obtinuit, factus obviam, quo die ille sponsalia fecerat, dixerit: Et tu aliquando principatum degustabis: cui propterea pepercit, ut Dion attrahatur, quòd est certum & fatale fuit imperium: ut autem Tiberius dicebat, propterea quòd in senectute & longo tempore post suam mortem esset regnaturus.

Josephus lib. 18. c. 8. ita narrat: Erat Tiberius Mathematicorum disciplinis addictior, iuxta quorum consilia in tota vita pleraque agere est solitus. Nam & Galbam aliquando venientem ad se cum esset conspicuus, conversus ad intimos quosdam amicos: En, inquit, virtum futurum aliquando Romanorum principem. In summa, nemo Cæsarium unquam tantam fidem habuit divinationibus, non vanas eas expertus aliquoties.

Tacitus de Tiberio, Galba, & Thrasyllo ita scribit: Non omiserunt præfugium Tiberii de Servio Galba tum consule, quem accitum & diversis sermonibus perterantur, postremo Græcis verbis in hanc sententiam allocutus: Erit Galba quandoque degustabis Imperium; seram & brevem potentiam significans, scientia Chaldaeorum artis, cujus ad discipulendæ otium apud Rhodum, magistrum Thrasylum habuit, peritiam ejus hoc modo expertus: Quoties super negotio consultaret, edita domus parte, ac liberi unius conscientia utebatur; is verò literarum ignarus, corpore valido, per avia ac prærupta (nam factis domus imminebat) præibat ei, cujus artem experti Tiberius statuisset eundem regredientem, si vanitatis aut fraudum suspicio incescerat, in subjectum mare præcipitabat, ne index arcani existeret. Igitur Thrasylus iidem rupibus inductus, postquam percunctantem commonuerat, imperium ipsi & futura solerter patefaciens, interrogatus, an suam quoque natalem horam comperisset, quem tum annum, qualem diem haberet: ille positus syderum, ac spacia dimensus, hæretè primò, deinde pavescere, & quantò introspeceret magis, tantò magis terpidus admiratione & metu obstupescens, postremo exclamavit, ambigam sibi & propè ultimum discrimen inflare. Tum complexus eum Tiberius, præcium periculumque, & incolumem fore gratatur, quæque dixerat, oraculi vice accipiens.